QVÆSTIO MEDICA,

QVODLIBETARIIS DISPVTATIONIBVS MANE DISCVTIENDA IN SCHOLIS MEDICORVM, DIE IOVIS XXVIII. IANVARII,

M. GERMANO PREAVX Doctore Medico, moderatore.

An ad variolas in... euocandas, Venæ-ſectio? 851.

EXTVBERANT in cute rotundo ſchemate cum dolore, pruritu, ...e ſynocho, non rarò ſine febre, puſtulæ contagioſæ, quas Arabum interpretes illiterati variolas, Græci veteres ἐξανθήματα, ἐκθύματα, ἐξανθίσματα, καὶ ἐξανθήσεις appe...: his cauſas deſignant aliqui reliquias ſanguinis menſtrui alteriúſue principii generationis impuritatem aut cœleſtem configurationem, quæ cæcâ malignitate lab... aërem: alii veriùs ex praua viuendi ratione natam plethoram aut cacochymiam. Hinc quâuis anni tempeſtate graſſari aiunt, vernâ tamen quàm aliâ frequenti... nulli parcere ætati, ſed vt iuuenibus familiares, ita & ſenibus infenſiores eſſe; ſexum affligere vtrumque, puellas tamen prouectiores, maſculos verò iuniores atrociù... ...adere.

VARIOLÆ non ſemper efflorēſcunt in cute, naturæ vi noxium hum... ab vtili ſecretum in eam exigentis, ſed aliquando ſymptomaticè putri humore ſuâ ſibi acrimoniâ & orgaſmo feroci eò viam moliente: hunc ab illo modum ſ... ...gnis diſcernit Medicus, vt & morbillos à variolis, quas certò prouidet impendentes, præſentes agnoſcit, & quem ſint exitum habituræ longè ante proſpicit. Harum ...s fœdâ contagione quæ propiùs admota fuerint, hæſeríntue diutiùs corpora contaminat, maximè cùm plures fuerint, & quas purpureus, niger, aut viridis color ar... ...eſſe lethales: nec niſi robuſto cuiquam, etſi iam ſemel & iterum hoc morbo fuerit correptus, innoxius eſt eius, quem hæc lues peremerit, contactus arctior, aut diuturni... ...um ipſo in eodem cubiculo mora; ac quamuis vegetus qui fuerit, hoc contactu non fœdetur, alium tamen, quicum poſtea conſuetudinem habuerit, inquinabit ...cilliorem.

DVM erupêre variolæ naturæ viribus, remedijs non eſt fruſtra fatigandus æ... ſed curationis negotium totum eſt eidem naturæ committendum, quippe, quæ quantitate vel qualitate noxios aut totâ ſubſtantiâ infenſos humores per vias abegit ...nientes, ea putrem, quâ ſcatent puſtulæ, ſaniem eluet, earúmque vlcuſcula obducet cicatrice. At tùm artis præſidia nobis ſunt ſubſidio comparanda, cùm vel ſpiritu... diſſipatione natura iacet effœta, aut eorum paucitate vel tenuitate nimiâ languet, à ſuíſue muniis circa noxios humores obeundis ſæuitiâ ſymptomatum auocatur, a... ...æ, propter humorem quem nequit ſuperare, putredinis diſcrimen impendet; dum humoris, etiam mitioris, copiâ premitur immodicâ, aut alienâ, eius qui fuerit infen... qualitate laceſſitur: dum humor efferus, ſuâ inſtabilitate vel malignitate naturæ coquentis conatus eludit, vel ſuâ pertinaciâ craſſus cùm fuerit & viſcidus, ei pellenti... in cutem extrudenti non obſequitur, aut tandem cùm viæ, quibus hi omnes humores in commune corporis emiſſarium ſunt deducendi, quâuis ratione fuerint ...ſtiores.

MOLIS ſanguineæ portionem impuram, quæ variolarum cauſa continens ...betur, vt in cutem euocent à partibus intimis, nonnulli pannum coccineum regioni cordis admouent, ſed perperam, cùm ei nulla vis inſit occulta, nec cuilibet alii me... ...mento, quâ id efficiat, nec vt in oculos, ita & in humores ius habeat præſtantiſſimus illius color, ſpiritúmue diſſipatione iacentem aut eorum paucitate languentem natur... ...ecreet; alij ſtatim initio morbi, confectionem Alkermes exhibent cum aquis ſcabioſę & cardui benedicti, verùm calore, quo pollet, cordis auget intemperiem, ſpiritus d... ...it & inquinat, & ſymptomatum, quibus æger miſerè diuexatur plurima reddit ſęuiora, humorum difflatione præpeditâ nouæ fit cauſa putredinis, efferos humores agit i... ...as, nec mitiorum congeriem immodicam imminuit, nec vias, quibus eos natura ſolet in corporis habitum depellere, reſerat arctiores, cor, viſcus nobiliſſimum, à qu... ...imè virium robur eſt repetendum, accerſitis aliunde vaporibus ſic obruit, vt eius calorem inſitum prope reſtinguat ſtrangulétque vires, alioqui validas.

VNA igitur venæ-ſectio quâuis ætate, quâuis anni tempeſtate, etiam c... ...ta criſeωs ſpes affulget, plenis turgentibúſque venis tutò celebranda, tot amouebit incommoda, quæ variolarum eruptionem poſſent retardare. Ea ſiquidem exuber... ...humorum ſarcinâ leuatam naturam eriget & ad eos qui relinquuntur in venis, cum oneri fuerint, excutiendos in partes huic vſui deſtinatas reddet expeditiorem, inqu... ...m ac putrium detractâ portione, vires facit alacriores, vt id quod reliquum eſt faciliùs ferant & minore negotio conficiant; malignorum ferociam, quæ tot ſæuorum ...ſt ſymptomatum, coërcebit, & viarum, quibus hi ſunt humores in cutem deducendi, expediet obſtructiones; quinetiam inſito calore liberaliùs ventilato, putredin... ...bit: hæc etiam ſpiritus inſtaurat exolutos, & cordis, præferuidam eius emendans intemperiem, robur conſeruat, quâ ratione cardiacorum præſtantiſſimum poſſet haberi... ...orum quippe, quæ hoc nomine circunferuntur (ſi ſuccum mali medici, & quæ ſunt huius generis excipias) in variolis nocet vnumquodque, neque ad hunc diem ...m eſt remedium quod robur cordis poſſit, niſi priùs intemperie ſummotâ, tueri.

Ergo ad variolas in c... ...candas, Venæ-ſectio.

Proponebat Lutetiæ CLAVDIVS LE VASSE... Pariſinus, Schol. Arch. A. R. S. H. M. DC. XXXVIII.

DOMINI D...ORES DISPVTATVRI.

M. Nicolaus Brayer.
M. Cyprianus Hubaut.
M. Guido Patin.

M. Iac... ...uart.
M. V... ...eau Medicus Regius.
M. A... ...uart.

M. Anthonius le Rat Scholarum Profeſſor.
M. Dionyſius le Soubs.
M. Bartholomæus Baralis Medicus Regius